



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Ad amplifica[n]dam Chri[sti] gloria[m], testificandamq[ue] eius in nos  
b[e]n[e]ficentia[m] & eximiu[m] amore[m], id p[er]tinere, q[...]  
corpus Chri[sti] uere credatur esse in euchar[istia]. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

Christi sanguinem, imo & totum Christum contineri. Ex qua solida fidei basi, penitus evertitur totum illud machinamentum captiosum: quod hic concinnat Oecolampad. Nempe quis quantum ad signa, discreuerit Christus corpus & sanguinem suum & illud sub pane, hunc uero sub uino praesertim commendauerit, ut repraesentaretur effusio preciosi sui sanguinis a corpore proprio, in hora acerbae passionis facta. Quod tamen attinet ad rem signatam, illa non discreuit: sed & una commendauit. atque ad inuicem coniunxit. Nempe sub specie panis commendauit suum corpus: etiam sanguini illic coniunctum. & sub specie uini suum commendauit sanguinem: non quidem separatim illic a corpore, sed eisdem uere coniunctum. Quocirca non sunt in hoc eucharistiae mysterio panis & uinum duntaxat exemplaria & figurae rerum: ut hic colligit Oecolampadi. & perperam, sed sub illorum speciebus uere continentur res ipsae, corpus. scilicet & sanguis Christi.

Sub specie panis, etiam sanguine: & sub uini forma Christi corpus contineri.

¶ Ad amplificandam Christi gloriam, testificandamque eius in nos beneficentiam & exemplum amoris, id pertinere, quod corpus Christi uere credatur esse in eucharistia, Ca. XI.

**D**ecima septima aduersarij obiectio. Contendunt quidam: gloriam Christi auctum iri fide nostra: si omnes in pane corporaliter credamus corpus, propter uerba quae dixit: hoc est corpus meum. Sed timendum nobis, inquit, est: ne fidem uocemus errorem & falsitatem, aut eam opinionem qua reluctate mente & dissentiente, proferimus ore, nos credere, ibi esse corpus; aut duplici corde & abinuitate

” |  
 ”  
 ”  
 ”  
 ” Mat. 26  
 ”  
 ”  
 ”  
 ”  
 ”



## DE SACRAMENTO

„ dis crep ante, serimur ad eam fidem? Quare suffi-  
 „ cit, Christum pro nobis mortuum esse credere: cu-  
 „ ius corporis pro nobis oblato in cruce signū & me-  
 „ moriale, est panis altaris. Q. si ad corpus Christi i  
 „ pane cogitemus: auertetur mens nostra a meliori  
 „ cogitatione circa mortem & passionem dñi. Hæc  
 2 „ Oecolampad. ¶ Responsio Non est aspernanda &  
 hæc ratio: quæ assignatur ad amplectendam liben-  
 ter fidem de præsentia corporis Christi in eucha-  
 ristia, ut, s. eius gloria hic adaugeatur. Non. n. par-  
 laudis inde accrescit domino: q̄ seruos habeat fide-  
 les, & uerbis suis sine hæsitacione credulos, omni-  
 noq; ueracem illum existiment. Quod uero timē-  
 dum dicit aduersarius, ne fidem uidelicet uocemus  
 errorem & falsitatem: ijs fatemur esse timendum,  
 q̄ incredulitatis pulsantur uento, ancipitesq; huc  
 & illuc feruntur: more nauis destitutæ remigio, et  
 in medio æquore fluctuantis. Non autem est illud  
 eis timendum: q̄ firmam habent fidei anchoram,  
 cordibus suis infixam, quæ procellosis aquarum  
 uorticibus agitata, nequaquam auellitur. Est. n.  
 illorum mens, tanquam rupes in medijs consistens  
 fluctibus: quæ quantumlibet tempestuosis quati-  
 tur procellis, nunquam loco dimouetur. Ita & fir-  
 ma subnixi fide, persuasum habentes indubitato il-  
 lud esse uerum, quod sancta ecclesia credendū pro-  
 ponit: certo cognoscunt, nec errorem, nec falsitatē  
 posse subesse ei quod credunt. Neq; in eam ducun-  
 tur opinionem, qua ore tenus profiteantur se cre-  
 dere: mente tñ dissentiant & reluctentur ei qd̄ ore  
 proferunt. Non. n. esset ea fides, integra & uera: q̄  
 nullam in corde sedem haberet aut locum, sed i la-  
 bijs tantum consisteret, aduersante uerbis animo,  
 & ore mendaciter illam credulitatem expromen-

Fidei de  
 eucharistia  
 nec errorē  
 nec falsita-  
 tē subesse.

re. Siquidē ad firmam & illabefactā fidem requiritur & incōcussa cordis credulitas, & cōsentanea illi oris professio: secundū beati Pauli sententiam, ad Romanos dicentis. Corde creditur ad iustriā: ore autē confessio fit ad salutem. & iuxta illud prophetae psalmographi uerbū. Credidi: propter quod locutus sum. Quo insinuat, fidē ipsam corde primū firmā haberi debere: & deinde consona ipsi cordi locutione eandē esse explicandam. ¶ Deniq; neq; uere fideles circa hoc augustissimū eucharistiæ mysteriū: duplici corde abinuicē discrepante feruntur ad eā fidē, quod ibi sit uere corpus Christi. uno quidem, cōsentiente uerbis dñicis: & altero, adhærente iudicio sensus, captusq; naturalis, & proinde discrepante prorsus a prore animi sententia. Nā si qui tales essent, & ita circa id sacramentum affecti quantum ad iudicij rationem: ij duplici corde accederent ad dominum, contra Sapientis monitum, & maledictionem incurrerent: ac eodem Sapiente sibi interminatam. neq; quicq; in ea credulitate petentes, obtinerent a domino: qm̄ non postularēt id ipsum, in fide nihil hæsitantes, quemadmodum beatus Iacobus in sua epistola canonica faciundū admonet. sed per similes essent fluctui maris (ut idem ait) qui a uento mouetur & circumfertur. Et de eis uerē esset eiusdem apostoli uerbum: in eodem loco. Vir duplex animo: inconstans est in omnibus uis suis. Sed ueri ecclesiæ filij & sine fictione fideles, simplici corde & syncero suam tenent fidem: qua reiecto sensuum fallaci iudicio, & omni prorsus hæsitatione ambiguitateq; depulsa, credunt diuina uirtute in eucharistia esse uerē Christi corpus secundum substantiam & illud in spiritu & ueritate adorantes: protestantur ore, menti

Roma. 10

Psal. 115

Eccli. 1.  
Eccli. 2.

Iaco. 1.

Idem.

## DE SACRAMENTO.

omnino consono, illam suæ fidei sinceritatē. Quæ  
liqui aut mentē gerūt uerbis suis in ea professione  
dissonā, aut duplici corde feruntur ad fidem, ut ti-  
mendum esse dicit hæc obiectio: id nequaquæ ex ip-  
sius fidei conditione naturaque prouenit, sed ex de-  
fectu atque imbecillitate fidei. cuius culpa, in illos  
prorsus est reiicienda; quæ suæ fidei fundamentū nō  
4 locauerint supra firmā petram, sed sup arenam in-  
stabilē & loco suo facile dimobilem. ¶ Proinde rei-  
ciendū est prorsus, illam nobis ad salutē sufficere  
fidē. quam in præsentī cauillo proponit Oecolāpa-  
dius. qua credamus Christum pro nobis in cruce  
mortuū: & panē i altari sacratū, symbolū eē dūta-  
xat & signū corporis eius. in cruce pro nobis ob-  
lati. Hæc em̄, illius est fides, immo incredulitas &  
errorpniciosus in fide: omnino ueritati catholicæ  
cōtrariū. Et nō est etiā hæc Oecolampadiana fē-  
rentia; ipsius ecclesiæ sanctæ fides. sed ea potius ha-  
benda est orthodoxorū omniū & totius ecclesiæ  
sincera fides: quæ hoc uersu hymnico ipsa mater ec-  
clesianostra uenerabūda deo profitetur, de sancta  
eucharistia loquens. Panis iste dulcedinis totus ple-  
nus & gratiæ; alio gestatus uirginis rex est æter-  
næ gloriæ. Et quam beatus Thomas Aquinas, do-  
ctrina & uitæ sanctitate celeberrimus, sub eleua-  
tione salutaris hostiæ & calicis dominici in celebra-  
tione sacri mysterij missæ (cum illa ab alio quopi-  
am perageretur: & ipse illi interesset) protestari est  
solitus: deuota huius cantici ecclesiasti lectione.  
Tu rex gloriæ Ghriste, Tu patris sempiternus es  
filius. & reliquorū illius hymni uersuum ad finem  
usq; continua prosecutione. Demū ad illud quod  
subnectit præsens obiectio, nos p attentionē ani-  
mi ad corpus Christi, auersum iri a meliore cogi-

Thomas.  
Aquinas.

ratione circa mortē & passionem eius: responsum  
iam est prius in præsentē libro, neque quicq̃ data  
responsioni adijciendum hic est. ¶ Decimoctava  
obiectio, Assignant & aliqui rationem aliam: ob  
quam uoluerit Christus in eucharistia, sui corpo-  
ris relinquere præsentiam. utpote ut suam in nos  
eximiam demonstraret charitatem & beneficentiam,  
seipsum nobis uere præsentem relinquendo:  
quo inflamemur ardentius in eius amorem, & tã  
preciosum donariũ synceriores prosequamur affectu.  
Verũ si carnis præsentia ad inflammandum amorem  
tãtopere pertineret: quæ benignitas est Christi,  
non se magis conspicuum q̃ absconditum nobis  
offerret: eo quod uisa creditis magis mouet nostram  
infirmatē. Verũ quem non ad amorem rapit,  
sedentis ad dexterã patris gloria: qd afficiet uix  
credibilis in pane humilitas: qd in quã officiat  
humilitas illa quæ antea nõ emolliuit ignominiosa &  
& amara innocentissimi crucifixi mors? Sufficit  
certe acerba Christi passio, qua tradidit seipsum  
in mortem ut nos uiuificaret: ad excitandum nos  
in sui amorem, testificandamq̃ suam in nos beneficentiam.  
Sufficit & immortalis eius ad dexterã patris gloria:  
ad rapiendos animos nostros in sui desiderium,  
neq̃ ad hoc opus est nobis corporali eius præsentia  
in eucharistia, humilitatem potius quam gloriam præ  
se ferente. Hæc Oecolampadius. ¶ Responsio. Duæ ille  
rationes a catholicis assignari solitæ, quas affert  
obiectio: sine refragatione sunt recipiendæ. quandoq̃  
dem eas Urbanus quartus in commendationem sancti  
mysterij eucharistiæ præsertim adducit: cū in Clementis  
cōstitutionibus, titulo dereliquijs & ueneratione sanctorum,  
cap. si dominũ, de charitate dei, nobis in hoc

Capite. 2.

Urbanus.  
quartus.

## DE SACRAMENTO,

Vrbanus  
quartus.

Pfal. 8.

Hebræ. 1.

Idem Vr-  
banus.

Gene. 3.

Gene. 2.  
Ioan. 6.

sanctissimo sacramento demonstrata: ait. O diuini amoris imensitas, diuinæ pietatis superabundantia: diuinæ affluentia largitatis: Dedit enim nobis dñs oia, q̄ subiecit sub pedibus n̄ris: & sup̄ uniuersas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum. Ex ministerijs etiam spirituum superiorum: nobilitat & sublimat hominis dignitatem. Ad ministratorij namq; sunt omnes, in ministerium propter eos q̄ hæreditatē salutis capiunt, destinati. Et cū tā copiosa fuerit erga nos eius munificētia, uolens adhuc ipse in nobis suam exuberantē charitatē præcipua liberalitate mōstrare: semetipsum nobis exhibuit. & transcendens omnē plenitudinē largitatis, omnē modū dilectionis excedens: attribuit se in cibū. De munificētia uere Christi, in hoc nobili donario, munereq; singulari, nobis exhibitā: idē Vrbanus continuo in eodē loco subiungit. O singularis & admiranda liberalitas, ubi donator uenit in donum: & datum. est idem penitus cum datore. q̄ larga & prodiga largitas: cum tribuit q̄ seipsum. Dedit igitur nobis se in pabulum: ut quia per cibum, in mortem homo corruerat: & per cibum ipse releuaretur ad uitam. Cecidit hō p̄ cibū ligni mortiferi: releuatus est hō p̄ cibū ligni uitalis. In illo pependit esca mortis: in isto pependit uitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem. istius gustus intulit sanitatem. gustus sauciavit: & gustus sanauit. Vide quia unde uulnus est ortum: prodijt & medela. & unde mors subijt: exinde uita euenit. De illo siquidē gustu dicitur. Quacumq; die comederis: morte morieris. De isto uero legitur. Siquis comederit ex hoc pane: uiuet in æternū. Hæc ibi, Quorū postremā sententiā, elegati carmine Sedulius poeta Christianus admodū

in signis, complexus est: ita ad Christum uerba dirigens. Qui per eum ueritatem uerit dulcedine pomum: Instauras meliorem cibo potumque sacrum sanguinis infusum depellis ab angue uenenum.

7

¶ Ac uero (ut ad reliqua in praesenti obiectione proposita: suo ordine adhibeamus responsionem) non fuit expediens nostrae salutis, quod, exhibuisset nobis assidue Christus sui corporis praesentiam in forma conspicua & uisibili: quo nos amplius in sui inflammaret amore. Nam tunc adempta nobis fuisset materia meriti circa fidem huius sublimis mysterij: quae est deus quae sensui non subiaceret, nec ratione capiuntur humana. Fides enim non habet meritum, teste Gregorio: ubi humana ratio capit experimentum. Repugnet itidem corporalis illa Christi praesentia (si sub forma uisibili continue nobis hic exhiberetur) praesentis rei statui & conditioni: in qua uidemus per speculum & in enigmate tantum, atque per fidem ambulamus & non per speciem. Perinet enim huiusmodi uisio corporalis praesentiae, ad qualitatem & statum caelestis patriae: ubi facie ad faciem uidetur deus deorum in Sion, positoque omni uelamine conspicitur rex regum Christus in decore suo. Consuluit itaque mirum in modum dominus noster profectui nostro & commodo spirituali cum in hoc peregrinationis nostrae stadio & se praesentem exhibuit: ut ardentius illius raperemur amore, & inuisibilem in forma propria seipsum nobis praebuit, ut nostra haberet fides suum meritum: & huius militiae status congruum sibi seruaret modum & ordinem, neque ad triumphantis ecclesiae eueheretur dignitatem & gradum. Neque diffitemur, igniminosae mortis Christi memoriam, pios animos acriter excitare in illius amorem, nec non insignem eius con-

Sedulius.

Gregorius

1. corin. 13.

Psal. 85.



DE SACRAMENTO,

Per Christi  
in eucha-  
ristia præ-  
sentiã nos  
ardentius  
excitari in  
eius amo-  
rem.

fidentis ad dexteram paternæ maiestatis in excel-  
sis gloriam: magnū etiam dilectionis in illum, præ-  
stare fomentū. Verū superaddita hisce duobus my-  
sterijs vera eiusdē præsentia secundū substantiam,  
in eucharistia: adijcit nouā flammā illi sancto amo-  
ri, feruenti usq; excitat pias mentes in synceræ affe-  
ctum ad ipsum. Perinde atque si unū & alterū ad-  
moueas igni lignū aridū: concipitur flamma & e-  
nutritur eo fomite, sed ubi tertium aut quartum adie-  
ceris eidem foco lignū: quanto illi subministraueris  
alimenti, tanto magis adaugetur & excrescit  
ignis. Hæc itaq; præsentia corporalis Christi: pabu-  
lū quoddam est pingue & succulentū, quo succen-  
sa prius flamma inualescat amplius, incitetq; fide-  
lē animā: ut gratulabunda ipsi sanctæ ecclesiæ cōci-

Esaia .12.

nat id canticum propheticum. Lauda & exulta  
habitatio Sion: quoniam magnus in medio tui san-  
ctus Israel. Certe magnus in medio nostri est ipse  
sanctus sanctorū & deus Israel, omniumq; synceræ  
fide deum uidentium: cum forma panis obte-  
ctus suam nobis exhibet præsentiam, nostrum so-  
latur exilium, nostraq; peregrinationis dux est &  
focius. Vnde & eadē pia mente effusa toto affe-  
ctu in deum suum: ob admirandam ipsius erga nos  
in hoc sacro mysterio dignationem: eicem intimo  
corde & hanc profundæ piæ laudis confessionem,

Esa. 45.

ex Esaia depromptam. Vere tu es deus abscondi-  
tus: deus Israel saluator. Absconditus inquam: in re-  
gio sanctæ eucharistiæ tabernaculo. cuius candor  
o deus Israel saluator, purissimā nobis indicat tuæ  
humanitatis innocentiam: maculæ prorsus immu-  
nem. Circularis uero eiusdem hostiæ figura, prin-  
cipio & fine carens: initij etiam & finis nesciã tuæ  
deitatis æternitatē nobis conuenient e symbolo re

8  
 presentat. ¶ Demum hæc admirabilis Christi in  
 sacra eucharistia uere presentis, condescensio ad  
 nos & humilitas: non subiacet amplius ignominia  
 neque passioni ulli est obnoxia, sicut fuerat  
 añ peractū nostræ redemptionis in cruce mysteri  
 um. sed omnino gloriosa est illa humilitas & hono  
 rifica: immo celsitudinem gloriæ ipsius adaugens  
 Et ergo nullo pacto repugnat status beatitudinis  
 eius neque eam obscurat: sicut neque perpetua hu  
 manæ nature ad diuinam, in ipso unio. Sed hac de  
 re: in sequenti capite latior ac diffusior futurus est  
 sermo.

¶ Sacrum Christi corpus cū māducatur in eu  
 charistia, neq; dentiū aut stomachi iniurijs  
 exponi: neque in corporis eā sumentis trans  
 ire substantiam,

Cap. XII.

**D** Ecim anona aduersarij obiectio. Nō  
 necessariū est ut sicut carnaliter caro  
 Christi oblata est: ita & carnaliter pas  
 cat. Maior certe est gloria carnis illi  
 us benedictæ: q̄ ut dentiū & stoma  
 chi iniurijs se exponat, si uisibiliter siue inuisibiliter

quis id fieri dicat. Non enim parua humiliatio est:  
 si uel intacta, in uentris pistrina descendat caro illa:  
 q̄ ad dexteram dei collocata est. Tempus autem  
 humiliationis præterit: & glorificationis, tempus  
 adest. Quare sola spiritalis manducatio & fides  
 uerborū dei, cum contemplatione sufficit: q̄ reddat  
 nos suo mō hic beatos sicut angelus dei. Hæc Oe  
 colampadius. ¶ Responsio. Si intelligat aduersari  
 us nō uecessarium esse quod nos sacra Christi ca  
 ro pascat carnaliter: id est secundū uisibilē carnis  
 formā, oculis humanis obiectam, sicut fuit in cru

1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100